



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Ivstitia Et Ivre ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

5 Quam vim habeat martyrium, & quando conferat suum effectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72459)

omni culpa, &c. Itaque supponit aliquam formalem vel virtuales penitentiam præcessisse; sicut in Baptismo est necessarium.

Ad Tertium: Ecclesia non statim habet aliquem pro sancto martyre, nisi constet illi quomodo in confessione & passione se gesserit.

Adde, rarissimum esse ut non adsit saltem virtualis attritio; quia Deus singulari modo tunc operatur, iuxta illud Marci 13. *Dabitur vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.*

DUBITATIO V.

Quam vim habeat martyrrium, & quando conferat suum effectum.

53
Actus interni in martyrrio.

IN martyrrio duo sunt consideranda; actus interni, & externa perpassio. Interni, sunt affectus varij, ex quibus passio acceptatur. potest enim hæc acceptari ex affectu charitatis, vel obedientiæ, vel religionis, vel fidei, vel spei, vel fortitudinis Christianæ. quo posito,

Dico Primò, Hi affectus & acceptatio ex vi illorum proveniens in iustis, sunt meritorij vitæ æternæ; quia sunt opera pietatis Christianæ: & delent omnes culpas veniales, quarum continent virtuales detestationem. debitum poenarum per se non tollunt integrè, sed non nihil minuunt, sicut omnia bona opera, præsertim laboriosa & pœnalia. In peccatoribus verò solùm disponunt ad gratiam iustificationis, idque vel proximè, ut affectus dilectionis super omnia; vel remotè, ut ceteri.

54
Externa perpassio habet vim quasi ex opere operato.

Dico Secundò, Externa perpassio pro fide suscepta, per se & quasi ex opere operato habet vim delendi omnem culpam, & conferendi gratiam iustificationis, subiecto debite disposito, & tollendi omnem reatum pœnæ, ut colligitur ex testimoniis Patrum & D. Thomæ supra. Idem docet Durandus in 4. d. 4. q. 8. nu. 6. & 14. Richard. eadem dist. ar. 2. q. 3. in fine. Maioribidè q. 3. Suarez disp. 39. & plerique alij recentiores. ratio est, quia si vis delenda omnis culpæ & pœnæ collata est Baptismo, eò quòd sit mystica quædam configuratio moris Domini, ut ex Apostolo ad Rom. 6. constat, multò magis conveniebat hanc vim tribui martyrrio, quæ est talis conformatio cum Christo moriente. hanc rationem apertè habet Clemens lib. 5. cap. 5. & reliqui Patres, qui martyrrium vocant *Baptismum sanguinis*. Unde rectè Durandus supra num. 6. *Non minus, inquit, operatur passio Christi ad salutem in eo, qui ei conformatur secundum realem susceptionem, quam in eo, qui conformatur ei solùm secundum figuralem representationem.* Et in fine: *Martyrium non solùm habet efficaciam à charitate patientis; (licet illa requiratur secundum Apostolum) sed ex causa patiendi, & ex conformitate ad passionem Christi: propter quæ virtus passionis Christi æquè plene vel plenius communicatur martyrrio quam Baptismo.* ubi nota, Durandum requirere charitatem, non ex qua martyrrium procedat, sed quæ adit unà cum martyrrio, saltem in fine; quam ipsum martyrrium adducere potest. quænam autem ad hoc dispositio requiratur in peccatore, patet ex dub. 4.

55 Hinc sequitur, martyrrium in homine iusto habere vim augendæ gratiæ, & tollendæ omnis pœ-

na: si enim habet vim delendi peccati, & conferendæ gratiæ instar Baptismi, ubi non inveniunt impedimentum; maximè eam conferet iustis, qui nihil habent gratiæ infusioni repugnans; ac proinde in ipsis gratia augetur. Confirmatur, quia Iustitia est melior dispositio ad suscipiendum incrementum sanctitatis quàm attritio (quæ simul consistit cum peccato) ad primam sanctificationem: ergo si homini attrito confertur gratiam, multò magis iusto conferet. Denique ipsum significat Patres supra citari.

Petes, Vtrum deleat etiam culpam omnem venialem.

Respondeo, Si affectus nullo modo ei inhaeret, valde probabile est deleri; quia tunc voluntas patiendi pro Christo potest ceteri sufficiens dispositio, ut accedente ipsa passione, illa peccata deleantur: quod sanè multò credibilis est de venialibus, quàm de mortiferis.

Si verò affectus illi actu inhaeret, quidam putant adhuc deleri, non quidem eo ipso tempore quo inhaeret; (hoc enim contradictionem implicat) sed postea, vel saltem post mortem; ut si affectus ille peccati venialis duret toto tempore martyrrij. Ita Gregorius à Valentinus ditp. 8. quaest. 2. p. 2. Idem videtur sentire Caietanus 3. p. q. 37. a. 1. ubi dicit, *Si quis inisset dormivum cum proposito dicendi mane mendacium officiosum, & interim dormiens occideretur pro Christo; crediderim ego ex divina largitate etiam illius peccati plenissimam remissionem per martyrrium consequi; quamvis per Baptismum illius remissionem non consequeretur, propter voluntatem actualiter actualitate virtualiter inhaerentem.*

Sed hæc sententia non videtur consentanea D. Thomæ, qui eodem loco ad 2. tatis iniquat, martyrrium non habere maiorem vim delendi peccati, quàm Baptismum; nec delere peccatum veniale, si voluntatem inveniit ei actualiter inhaerentem, sicut hic inveniit, saltem actu virtuali, ut Caietanus fatetur. Neque etiam veritati, quia ad remissionem peccati actualis, cessante iam actuali vel virtuali inhaerentia, semper requiritur aliqui motus animi, quo peccatum illud actu vel virtute displiceat; ut apertè docet D. Thomas supra q. 87. art. 2. ad 2. qualis est contritio, attritio, duplicentia peccati, dilectio Dei supra omnia, voluntaria susceptio eius quod peccati est remedium, v. g. susceptio Baptismi, Penitentia, extrema Unctio, & aliorum Sacramentorum, iuxta D. Thomam eadem q. art. 3. denique acceptatio martyrrij. sed de hoc plura alibi.

Quod attinet ad momentum temporis, quo martyrrium suum effectum confert, Caietanus 2. 2. qu. 124. art. 4. ad 2. argumentum Martini, insinuat conferri in instanti vitæ terminatio. Ratio ipsius est, quia in eo instanti martyrrium terminatur, & adhuc existit veluti in termino; & homo tunc adhuc meretur veluti in termino: ergo tunc effectum suum confert. Confirmari potest hæc sententia, quia sicut Sacramenta conferunt gratiam in instanti terminatio quo perficiuntur, ita etiam martyrrium: atqui hoc in martyrrio est instantis mortis: ergo, &c.

Sed hæc sententia non videtur probabilis, si illud momentum ponatur vitæ extrinsecum, sicut Caietanus ponit. Primò, Quia posset anima mereri & accipere gratiæ augmentum, iam separata

An deleat per se culpam venialem. 56

57
Quo momento confert martyrrium suum effectum. Sententia Caietani, dari in instanti vitæ terminatio.

Refutatur illa sententia. 58

rata à corpore. Secundò, Fieri posset vt ipsa toto tempore, quo vnita est corpori, fuerit in peccato, & caruerit fide, spe, charitate, & primo momento, quo definit esse in corpore, conseqatur fidem, gratiam & remissionem; & immediatè post illud momentum videat Deum; vt patet in paruulis ante Baptismum pro Christo occisis. Tertio, Non omnes essent iudicandi secundum statum, quem habuerunt in corpore; quod non est contentaneum illi sententiæ Apostoli 1. ad Cor. 5. *quemque relaturum propria corporis prout gessit, sine bonum, sine malum.* nam id, quod ille in corpore gessit vel passus est, non est tale vt possit delere peccatum, aut efficere dignum vita æterna; nisi accedat aliquid post vnionem corporis, quod iam non est in ipso homine, sed in partibus eius, anima & corpore, nimirum priuatione vnionis.

58
Rescriptio
eiusdem
responsio-
nis.

Dices, Hanc ipsam priuationem tribui homini, quia illam in vita acceptauerit, & supplicia ad illam necessariò ducentia sustinuit.

Sed Primò, Hoc non habet locum in paruulis. Deinde si idè hoc dicitur gessisse in corpore, quia illud adhuc viuens acceptauerit: ergo acceptatio illa & passio quam sustinuit in vita, erat digna vita æterna & gratia, ante separationem animæ; ergo tunc data fuit gratia: Deus enim ne momento quidem temporis differt condignum præmium ad quod satis dispositi sumus.

Quartò, Quia iuxta hanc sententiam dabitur aliquod momentum in quo anima poterit consequi gratiam & remissionem peccatorum, non tamen peccare: & ita status merendi & demerendi non erunt pares. quæ omnia sunt parum contentanea Scripturis & sensui Ecclesiæ & SS. Patrum.

59
Si momen-
tum termi-
nans sit in-
trinsecum.

Si tamen illud momentum ponatur vitæ intrinsecum, ita vt homo desinat per vltimum sui esse: (quæ sententia non est improbabilis) sic valde probabiliter dici potest, martyrium conferre gratiam in illo instanti; quia idem instans est terminus intrinsecus martyrij, contentaneum autem est vt effectum suum conferat in termino, sicut Sacramenta, quæ non in termino extrinsecò, sed intrinsecò complentur, & gratiam conferunt. Si verò illud instans, quo vita terminatur, ponatur esse extrinsecum, ita vt homo desinat per primum non esse sui, sicut communior sententia habet, dicendum est gratiam conferri non in illo instanti; tum ob rationes dictas, tum quia illud instans non est intrinsecum passioni hominis & vitæ: sed vel in aliquo instanti, quod imperceptibiliter mortem antecedit, vel certe quando homo ex passione ita est constitutus, vt sine miraculo mors impediri nequeat. Ita docet Vega lib. 6. in Concil. Trident. cap. 37. in fine; Suarez 3. p. disputat. 29. sect. 3. & passim recentiores. ratio est, quia tunc martyrium censetur consummatum: mors enim extat in causa proxima & necessaria.

Quando
dicitur gra-
tia.

Dices, Tunc adhuc, potest peccare, & consequenter damnari.

60
An possit
postea pec-
care.

Respondeo, Moraliter non posse peccare, quia credible est corpus ita esse perturbatum, vt non possit vti ratione, vel si potest vti, adest magna gratiæ copia, quæ illum custodiat, ita non vt peccet. Accedit, quod confecto iam panè certamine, & præsentè æterno præmio; vix aliquid possit occurrere, quod hominem ad peccandum moueat, quòd si miraculo curetur & superuiuat, ve-

risimile est singulari gratia custodiri, ne qui iam erat veluti in ianuis cæli, & præmium panè manibus tenebat, occasione miraculi excidat.

Idem probabile est de iustis à mortuis excitatis, alioquin si in eodem incerto versaturi essent, magnum incommodum ex illo beneficio reportarent: nec quisquam est, qui non summopere illud deprecaretur.

DUBITATIO VI.

Quæ vitia opponantur fortitudini, & quale in his peccatum.

D. Thomas quæst. 125. 126. 127.

Respondeo, Triâ censeri à D. Thoma, & Aristotele 3. Ethicorum cap. 7. *Timiditatem*, quam Aristoteles vocat *δευξια*, id est, ignatiam: *Intimiditatem*, quam ille *ἀποξια*, id est, timoris vacuitatem; & *Audaciam*.

Timiditas seu *ignauia* est vitium excedens in ignauia timendo; (timet enim quod non oportet, vel quando non oportet, vel plusquam oportet) & deficiens in audendo; vt rectè Aristoteles supra: non enim audeat aggredi quando ratio dicitur, aut sicut dicitur: & hac consideratione apud Latinos vocatur *ignauia*, priore verò *timiditas*.

Hoc vitium si in seipso sistat, nec ad alium prauum affectum vel consensum impellat, est solum peccatum veniale; sicut excessus aliarum passionum, qui nullam aliam noxam infert, nisi quòd mentem perturbet, & curis cogitationibusque inutilibus impleat. Si verò impellat ad alterius peccati consensum, erit peccatum mortiferum, vel veniale, pro conditione illius ad quod impellit: vt si timore mortis (id est, vt mortem, quam times, euadas) paratus sis aliquid facere vel omittere, cuius commissio vel omisio est peccatum mortiferum, erit peccatum mortiferum: si veniale, erit veniale. Et hoc est quod vult diuus Thomas art. 2. quæst. 125. Hunc timorem vetuit Dominus Math. 10. cum ait: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hæc non habent quod faciant*

61

Quale pec-
catum.

Notandum est, non omnem inordinatum timorem opponi virtuti speciali fortitudinis; sed eum tantum, qui est circa pericula mortis, vel grauium calamitatum: in his enim solis fortitudo versatur, vt supra dubit. 1. ostensum est; ac proinde etiam vitia fortitudini aduersa. Itaque alij timores mali ad alia vitia pertinent. sicut enim in omni virtute est inordinatus amor, & consequenter etiam inordinatus timor (omnis enim timor nascitur ex amore boni amati; & omnis amor parit timorem, si bonum amatum potest amitti, vt ex 1. 2. quæst. 25. art. 1. & 2. constat) ita in omni vitio habituali est inordinatus amor alicuius boni creati, & consequenter inordinatus timor. vnde intemperans timet amittere suas voluptates, auarus pecunias, ambitiosus honores: solus autem timor inordinatus amittendæ vitæ in periculis mortis aduersatur fortitudini.

62

Timor in-
ordinatus
aliorum
malorum.

Intimiditas, vel potius vacuitas iusti timoris, est alterum vitium fortitudini oppositum; deficiens in timendo: non enim timet quando timendum, aut quæ timenda. Fortitudo enim non solum reprimit timorem, ne excedat, sed interdum etiam

63

Intimidi-
tas.

exci-